



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Pelagia Poenitens. 8. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

vocavit, vocitque ne moteretur, in Religioso cætu se victurū. Convaluit: sed fœteria solvere oblitus vindicem morbum secundum sensit, nec prius manum iterum OSITHÆ medicam, quàm objuratus ab hâc fide liberaturum se spondit. Itaque bis voti damnatus templo & cœnobio anathema, se, dedit. *Ex Surio.*

Vide ne promissum tuum irritum facias, neque fidei tua vota dirumpas. Habebis profecto accusatores pravariationis tuæ; habebis veridicos testes testificantes adversum te; habebis iudicem, qui nullius personam accipit in sua executione sententiæ. S. Laur. iust. de Cont. mundi c. 19.

S. PELAGIA POENITENS.

8. Octobris.

Vixit PELAGIA Antiochiæ sub Theodosio Minoris tempora, ob formæ venustatem corporisquæ cultum non jam Veneris serva, sed ipsa Venus habita, pudor urbis, & castitatis ipsissima perniciës. Quis credat? quæ oculis captivam post se urbem trahebat, in hanc obtutum defixisse D. Nonno Antistiti etiam profuit. Quid enim? (exclamabat post viam hoc elegantie idolum ille) quo demùm studio, quo sive temporis dispendio, sive impendio sumptuum, hæc faciem comit pingitque? & hoc cur? quò nempe oculis amantium arrideat, cælo lacrymante. Animæ interim meæ, quam, ausim dicere, DEVS deperit, quia splendor? nempe ad hanc infamiam collata, Æthiopissa es anima. Ite & sordes meas, eheu! lacrimæ lavate. Hæc NONNUS. At PELAGIA, spectante & mirante urbe, ad pedes ejus descendit, & vitæ licentiam sancto fletu gemituque teste ejurat.

ejurat. Mox jeuniis & vigiliis corpus defluens, vultum non jam gratiae, sed pallor, squalor, maciesque insidere, nihil jam in totâ fronte rubens, præter præteritorum memoriam. Nempe obstrepere hic Veneris puer, desertum se fide non boni queri, formam se, opes, amores dedisse: ipsam probra, contemptum, odiumque ingratiam rependere. Sed virum scilicet invenit. Nam sparso omni in egenos auro, laqueos amantium, capillos rescidit, feminam cum veste exiit, Pelagium se dicit, vitæque reliquum Hierosolymis inter summas vitæ asperitates egit, in illo monte, qui ab olivetis nomen habet, ab ipso Christo dudum edocta, ad calvum illinc ascendit. *Ex Surio.*

Quidquid animo ex presenti saeculo aridet, et consideratione aeterni ignis amarescat; quidquid in mente pueriliter hilarescit, disciplina censura corrumpat; ut, dum sponte temporalia fugimus, aeterna gaudia sine labore capiamus. S. Greg.

S. DIONYSIVS AREOPAGITA,
9. Octobris.

IS est DIONYSIVS, cui nomen Areopagus fecit, vir inter Athenienses eximie doctus, & fidetum contemplationi addictus. Quare eo tempore quo omnis natura morientem Christum lugebat, exclamasse fertur, *aut Deum laborare, aut mundum ruinam meditari.* A Paulo deinde CHRISTO additus, præesse novitio Christianorum gregi Athenis iussus est. Ajunt cum Apostolis abeuntem in caelos VIRGINI adfuisse. Certè eam vidisse, aspectuq; tam Augusto attonitus, ingenue scribitur affirmasse, pro Deo hanc habiturum se fuisse, nisi fides Deum matrem esse suggessidet. Paulo etiam